Toletana Decimarum super septem Tenimentis.

Stantibus &c.

Dubium = *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda in casu &c.*

Reu. Pater. PRiorissa, & Moniales Regij Monasterij Monialium Clausarum Ordinis Sancti Dominici Ciuitatis Toleti possident nouem tenimenta, seù Possessiones, ex quibus à tempore immemorabili nunquam persoluere consueuerunt Decimas fructuum, quos ex dictis Tenutis colligebant, quotiès illas proprijs sumptibus, & expensis colebant, si verò illas, vel illarum partem locabant, tunc Conductores Reuerendissimis Archiepiscopo, & Capitulo Toletano Decimam persoluebant, iuxta terminos Textus *in cap. cum contingat de Decimis, & cap. 24. eodem tit.*

Anno 1639. Agens generalis reddituum Decimalium Iudicium instituit contra nostrum Monasterium super solutione Decimarum Agnorum, Lanæ, Casei, & Lactis, quæ percipiebant ex Gregibus ouium propriorum, quas depascere faciebant in Tenuta de Perobequez, & Vrtada, & tunc ex parte Monialium probata fuit consuetudo immemorabilis non soluendi Decimam ex quacumque specie fructuum, quos in dictis Tenutis colligebant, quodque Conductores, quibus pars dictarum Tenutarum locabatur, Decimas persoluebant, vt pleniùs ex *Summario principali num. primo*, & Ordinarius Toletanus ad formam dictæ petitionis concessit Reuerendissimo Archiepiscopo manutentionem exigendi Decimas à Conductoribus, & è conuersò concessit manutentionem Monialibus non soluendi Decimas ex dictis fructibus, quos colligebant ex dictis Gregibus ouium, quas in dictis suis Tenutis depascere faciebant, de quibus Tenimentis actum fuit in contemporanea facti super alio dubio.

Continuarunt Moniales in quasi possessione non soluendi Decimas ex omnibus fructibus, quos colligebant in omnibus nouem Tenutis, quas proprijs sumptibus colere faciebant; Ast anno 1702. Agens Generalis reddituum Decimalium Diœcesis Toletanæ Iudicium instituit contra nostrum Monasterium super solutione Decimarum omnium fructuum, quos in omnibus dictis Tenutis colligebant, & allegata ex parte Monialium consuetudine immemorabili, fuit per Ordinarium Toletanum vtrique Parti concessus terminus ad probandum, intra quem Moniales produxerunt articulos, & Testes formiter etiam super interrogatorijs Partis aduersæ examinarunt,

ex quorum depositionibus, licet satis superque probat a videatur consuetudo immemorabilis, & licèt ex parte Archiepiscopi, nec minima quidem probationis specie iustificari valuit, quòd aliqua vice Decimas exegerit ex fructibus Tenutarum, quas proprijs expensis colebant Moniales, placuit tamen Ordinario manutentionem fauore Reuerendissimi Archiepiscopi decernere, sed interposita appellatione ad Reuerendissimum Nuncium, illius Auditor sub prætextu, quòd ageretur de Iudicio summarijssimo suam inhibitionem moderatus fuit, à quo decreto interposita fuit appellatio, & causa simpliciter commissa huic Supremo Auditorio, mediante Commissione directa R. P. D. Foscaro, coram quo Pars aduersa agnoscens in summarijssimo possessorio malum Ius fouere, curauit subscribi Dubium in petitorio = *nempè ad, & de cuius bono Iure constet ad effectum manutentionis*, quo proposito die 23. Iunij 1721. fauore Reuerendissimi Archiepiscopi prodijt resolutio, vt ex decisione exaduersò danda, & in illius sequelam publicata sententia, à qua interposita appellatione, Causa commissa fuit Reuerendissimo Cerro, coram quo subscripto dubio = *An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, eoque proposito die 26. Iunij 1722. pro confirmatione sententiæ Rotalis Rescriptum fuit = *sed indulta ex benignitate huius Supremi Senatus noua Audientia*, & propositio dubio = *An sit standum, vel recedendum à Decisis*, eoque proposito die 15. Ianuarij 1723. responsum fuit = *in decisis iuxtà modum*; & modus fuit, *quòd stetur in decisis exceptis prædijs de Pezobequez, & Vrtada*, prò quibus *receditur à decisis, vt ex decisione ~~in præterita Rota~~ distributa*; Cumque de dictis Tenimentis actum fuerit in alia facti, nunc agendum est de alijs septem Prædijs possessis à Monialibus sub dubio præinserto = *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, & speramus esse rescribendum prò infirmatione, seù reuocatione sententiæ Rotalis: Nam in hodierna controuersia, cum coram Reuerendissimo Ponente nunc Pars Aduersa compulsauerit ex Archiuio nostri Monasterij titulum, ex quo apparet, quòd in limine fundationis nostri Monasterij ad supplicationem Regis Hispaniarum Reuerendiss. Archiepiscopus Toletanus. Æra 1402. scilicèt anno a Natiuitate 1368. vna simul cum suo Capitulo concesserunt nostro Monasterio exemptionem à solutione Decimarum pro honore Ciuitatis Toletanæ, ità tamen vt possessiones, quæ deberent esse exemptæ à Decimarum solutione ascendere deberent ad valorem viginti quinque mille merapetinorum tunc currentium, *Summario Additionali num. primo litt. LL. & MM.* adeo ut Decimas soluere deberent ex possessionibus dumtaxat, quæ dictum valorem excederent *Summario num: 2. litt. D.* & post constructionem Monasterij, & inclusas in eo Moniales Æra 1412. siue Anno Christi 1378. fuerunt æstimata Bona pro Dote dicti Monasterij assignata à fundatrice, & fuerunt æstimatæ tres possessiones, nempè tota Tenuta de Perobequez, & suis terminis pretio duodecim

cum mille merapetinorum, *dicto Summbrio num.2. litt. M.* Vineam in Territorio Toletano in vocabulo de Armiradiel fuit æstimata eodem pretio, quo fuit empta à dicta Fundatrice in summa quinque mille, & quincentum merapetinorum, *dicto num.2. litt. N.* & alia Vinea in Territorio Toletano in loco denominato *Tinel* fuit æstimata pariter eodem pretio, quo ab eadem Fundatrice empta fuerat pro summa bis mille merapetinorum, vt ex *dicto Summario num.2. litt.O.* cumque valor dictorum Bonorum ascendebat ad valorem merapetinorum decem, & nouem mille fuerunt dictæ Tenutæ declaratæ exemptæ a solutione Decimarum, ex quo Moniales non adhuc tot Bona possidebant, quæ ascendebant ad summam viginti quinque mille merapetinorum; *dicto num.2. litt.P.*

Post modum autem dictæ Moniales in locum dictarum Vinearum quas distraxerant, æmerunt dicta *septem Tenimenta*, super quibus pendet controuersia, neque enim omnia nouem Tenimenta sunt exempta à solutione Decimarum, sed dumtaxat, quæ proprijs expensis colunt, sed illa, seù illorum partem, quæ locare consueuerunt, Conductores ex fructibus illorum Decimam Reuerendissimo Archiepiscopo persoluerunt.

Stante autem hac productione Tituli facta ex aduersa Parte immutare oportet causæ defensionem, & proindè primo ostendam non subsistere fundamenta contrariæ decisionis, & postmodùm ostendemus quod adhuc si illa subsisterent ex hac facti immutatione magis conspicuum redditur bonum Ius nostri Monasterij, & proindè eo facilius speramus esse rescribendum, pro reuocatione sententiarum Rotalium.

Duo enim sunt fundamenta decisionum quorum primum est, quod consuetudo immemorabilis non soluendi Decimas probari debeat quoad singula prædia, quodque Testes confusè depusuerant quod Monasterium nunc vnam, nunc alteram tenutam proprijs expensis coluerunt; quodque proindè consuetudo non remaneat probata quoad certa, & determinata prædia, vt ex decisione §. *Talem*, *& seqq.* Alterum verò quòd consuetudo immemorabilis ex nostra parte non sit probata cum omnibus requisitis præscriptis in *glossa magistral.in cap.1. verbo memoria de præscript.in 6.*

Quoad primum articulum dicimus, quòd etiamsi esset necessaria probatio consuetudinis quoad singula prædia, ità vt non sufficeret causa vniuersalis quod exemptio solùm compræhendat bona semper coli consueta per Monasterium continuatim adhuc ista probatio resultat ex Testium depositionibus examinatorum Anno 1702. de quibus in *nostro Summario principali num. 3., & seqq.* constat enim quod dd. Testes super interrogatorijs Partis Aduersæ clarissimè distinguunt Bona antiqua dicti Monasterij, quæ semper culta fuerunt sumptibus Monasterij, & Bona recenter acquisita, & Bona antiqua, quæ Monasterium semper locare consueuit, nam post

quam

quam præcitati Testes de visu vltra annos quadraginta, cum coarctatione negatiuæ, & de auditu à maioribus, cum circumstantia, quod nihil vnquam auditum, dictum, vel factum fuerit in contrarium, & de publica voce, & fama, vt inferius probauimus depofuerint, quod Moniales nunquam Decimas perfoluerunt ex fructibus bonorum, quæ proprijs expensis colebant, fuerunt irrogati super Partis interrogatorijs, vt distinguerent Bona; quæ proprijs expensis colere consueuerant à Bonis, quæ locare solebant, & primo loco depofuerunt, quod nostrum Monasterium semper possedit in loco de Oleas tresdecim Tenimenta Terræ cultiuæ, quarum quodlibet constituitur ex quadraginta fanegis, quodque Monasterium semper proprijs expensis coluit vnam ex dd. tresdecim Tenutis, quodque cæteras duodecim semper locare consueuit, ita enim depofuit Thomas Guttierez de Paramo ætatis annorum 67. examinatus in loco de Oleas super interrogatorijs Partis aduersæ, *Summario principali num.3. litt.V.* qui *litt.KK.* depofuit, ibi = *Primieramence nel termine de Oleas tiene, e possiede per sue proprie tredici pezzi di Terreni coltiui, che ciascheduno si reputa per quaranta misure vulgo fanegas in circa, delle quali INTEMPO SVO lui Testimonio hà visto lauorare, e coltiuare à spese di detto Monastero alcuni anni vna pezza, & altri vna, e mezza, e l'altri Terreni l'hanno auuto, e tengono in affitto Habitanti di questo luogo* = Idem depofuit alter Testis Ioannes Matutæ ætatis annorum 68. *dicto Summario principali num. 3. litt. TT.*, qui super Partis interrogatorio *litt. GGG.* depofuit, ibi = *Primieramente nel termine di questo luogo de Oleas tiene, e possiede detto Regio Monastero da tredici pezzi di Terreni cultiui, ciascheduno di quaranta misure vulgo fanegas, in diuersi siti, li quali sono molti Anni, che il detto Monastero li possiede come hà sentito dire dalli suoi Maggiori, e più antichi &c. e che di quelli hà visto il detto Testimonio in tempo suo lauorare, e coltiuare il detto Monastero vna delle dette pezze, e raccogliere il suo frutto à sue spese, e che similmente lauoraua, e coltiuaua antecedentemente il medesimo Terreno secondo sentì dire dalli suoi Maggiori, e l'altro Terreno di dette pezze l'hanno auuto, e tengono in affitto habitanti di questo luogo,*

Idem depofuit Franciscus Durò pariter examinatus in loco de Oleas ætatis annorum 60. *dicto num. 3. litt. RRR.*, qui pariter depofuit semper Monasterium coluisse in Territorio de Oleas vnam ex tresdecim Tenutis proprijs sumptibus, & expensis, quodque alias semper locare consueuit, *dicto num.3. litt.EEEE.* & alter cuius depositio est transcripta in *Summario Additionali num. 9. litt. C.* adeout manifestè liquet ex dictis depositionibus Testium, quod Monasterium semper coluit suis expensis in Territorio de Oleas vnam ex tresdecim Tenutis, quas possidet in dicto Territorio, itaut denegari non possit exemptio quoad vnam ex dd. tresdecim Tenutis,

quæ

quæ omnes sunt pares, siuè æqualis quantitatis, & mensuræ, neque inter vnam, & aliam circa mensuram aliqua adest differentia, neque Regium Monasterium prætendit in loco de Oleas, nisi exemptionem vnius ex 13. Tenutis, quam probauit semper suis expensis coluisse, & ex ea nunquam Decimam persoluisse, & licet Testes vt litteris superius allegatis deponant Monasterium in eodem loco vineas, & alias Terras possidere recenter acquisitas, ex illis neque nostrum Monasterium exemptionem prætendit, quamuis proprijs expensis colantur.

Præterea in eodem Territorio de Oleas semper Monasterium possedit, & adhuc possidet Olíueta, quæ semper proprijs expensis coluit, & nunquam ex illis decimam persoluit, & omnes Testes deposuerunt semper vidisse dicta Olíueta coli proprijs expensis Monasterij, ità enim deposuit dictus Thomas Guttierez de Paramo examinatus in d. Oppido ætatis annorum 69. *dicto Summario Principali num.3. litt.V.*, nam ipse super Partis Interrogatorio distinguit Bona antiqua Monasterij à Bonis recenter acquisitis, & Bona, quæ sempèr coluit suis expensis, & Bona, quæ locare consueuit, & quoad Olíueta, quæ Monasterium possidet in Territorio de Oleas ita deposuit *litt.M.M.*, *& N.N.* ibi = *Item tiene, e possiede nel detto termine il detto Regio Monastero da 900., ò mille arbori di Oliue in diuersi siti, che sempre ha saputo essere di d. Monastero* = & subiungit ibi = *Nel termine di Magon tiene, e possiede da 300. piedi d'arbori di Oliue &c., e li dd.piedi, ò arbori di Oliue, e quelli che POSSIEDE NEL TERMINF DI QVESTO LVOGO* (scilicèt OLEAS) *li ha visto lauorare, e coltiuare dal d. Monaster. o, e raccogliere li frutti à sue spese* = Idem deposuit Ioannes Matute ætatis annorum 68. *dicto num.3. litt.T.T.* paritèr examinatus in loco de Oleas, hic pariter *littKKK.* super Aduersæ Partis interrogatorio ita deposuit ibi = *Item tiene, e possiede il detto Monastero nelli termini di* QVESTO LVOGO (scilicet Oleas in quo fuit examinatus) *da 700., ò 800. piedi di Oliue, li quali* IN TVTTO IL TEMPO DELLA VITA SVA, *ha visto essere del detto Regio Monastero, e lauorarsi, e coltiuarsi, e raccoglierfi il frutto à sue spese*. Itèm deposuit Franciscus Duro ætatis annorum 60. *dicto num. 3. litt. RRR.* paritèr examinatus in loco de Oleas supèr Partis Interrogatorio, qui *litt.GGGG.* ita deposuit ibi = *Itèm tiene, e possiede da 900. arbori d'Oliue nel termine di questo luogo in diuersi siti, ma gli hà lauorati, e coltiuati à sue spese insino ad oggi, come lo ha veduto esso Testimonio* = Idem deposuerunt alij Testes, de quibus in *Summ. Principali n.4.litt.O.*

In Valle S.Dominici paritèr Monasterium quamplura Bona possidet, & intèr cetera 400. Arbores Oliuarum, quas semper coluit Monasterium suis sumptibus, & expensis, & ex illis nunquam Decimam persoluit. Primo enim id probamus ex depositione vnius ex Testibus

bus examinatis in lite antiqua anno 1641. qui de facto proprio deposuit, nàm cum esset Affictuarius, & Conductor Decimarum Vallis Sancti Dominici non exegit decimam ex Oliuetis nostri Monasterij, quæ possidebat in Valle Sancti Dominici, ex quo Monasterium erat exemptum à solutione decimarum, vt liquet ex *Summ. num.1. litt.MMM.* ibi = *E la detta consuetudine si è osseruata senza contradizione alcuna, e se in questo tempo l'auessero pagate lo saprebbe, e non potrebbe essere di meno, perche questo Testimonio non aurebbe lasciato perdersi quaranta sacchi di Oliue, che li toccauano dell'Oliue, che hanno nel Territorio della Valle di S.Domenico, doue fù Affittuario, e perchè ha particolar notitia di quanto ha deposto, e per auerlo sentito dire à suo Padre, ed a Francesco de Burgos, e molti altri di intiera fede, e credito, li quali lo sentirono dire à suoi Maggiori, senza che ne l'vni, ne l'altri vedessero, ne sentissero dire cosa in contrario, e questo è publico, e notorio, e publica voce, e fama.*

Quodque Monasterium Olivueta, quæ possidet in Valle Sancti Dominici semper coluit suis sumptibus, quodque proindè nunquam decimam persoluit deposuerunt Testes anno 1702. formitèr examinati supèr Partis interrogatorijs in Valle S.Dominici *Summ.num.4. in principio*, hic enim Testis *litt.N.O.* deposuit quod noster Conuentus in Valle S. Dominici possidet nonnullas Terras quas semper locare consueuit, quodque semper possedit Olivueta, quæ suis expensis semper coluit ibi = *Nel termine di questa Villa* (scilicèt Sancti Dominici in qua fuit examinatus) *possiede il detto Monastero circa cinquanta misure, ò faneghe di Terra, che sempre l'hanno auute in affitto habitanti di questo luogo, e parimente possiede da 900. arbori di Oliue nel detto suo Termine, e Territorio, cha ha visto sempre coltiuare, e raccogliere il frutto à conto, e spese di detto Monastero.* Idem deposuit alter Testis ætatis annorum 60. de quo in *Summario num.6.* qui *litt.G.* ità deposuit ibi = *E nel termine di questa Villa della Valle di S.Domenico similmente possiede circa 50. misure vulgo fanegas di Terreno coltiuo, che sempre ha visto tenerli in Affitto habitanti di questa Villa, e circa 900. ò mille arbori di Oliue, che ha coltiuate, e fatto coltiuare in sin adesso il detto Monastero à sue spese* = Idemque deponit alter Testis, de quo in *Summ. nu.7. litt.O.* ibi = *Nel termine di questa Villa delle Valle di San Domenico possiede da 900. ò mille arbori di Olire, che nel detto tempo hà veduto lauorarli, e sfruttarle dal d.Monastero, e 50. ò 60. misure vulgo fanegas di Terreni coltiui, che sempre l'hà visto coltiuare in affitto dalli vicini, ò habitanti di questa Villa.*

Ex quibus agnoscere possunt Reuerendissimi Patres Testes examinatos anno 1702. super Partis aduersæ interrogatorijs summa distinctione deposuisse de possessionibus, quas possidet Monasterium in Territorio Vallis S. Dominici, quodq; ex illis Terras cultiuas semper

per locare consueuit; Olueta verò semper coluisse proprijs sumptibus, & de eisdem Oliuetis, quæ possidebat il Valle S.Dominici tamquam cultis expensis Monasterij constat ex depositione Testis examinati vsque de anno 1641., quod non soluebat Decimas, vt supra probaui.

Præterea nostrum Regium Monasterium possidet in Territorio de Magan tercentum Arbores Oliuarum; quas semper coluit proprijs expensis, ex illis propterea Decimam non soluit, ita deposuit Ioannes Guttierez de Paramo ætatis annorum 69. super Partis interrogatorio *Summario principali num. 3. litt. NN.* ibi = *nel termine, e luogo de Magan tiene, e possiede poco più, ò meno di 300. piedi, ò Arbori d'Oliue, che sempre hà saputo essere del Regio Monastero, e li detti piedi, ò Arbori d'Oliue &c. l'hà visto lauorare, e coltiuare dal detto Monastero, e raccogliere li frutti à sue spese* = Idem deposuit Ioannes Matute annorum 68. *d. num. 3. litt. XX.* ibi = *dixit da 10. 20. 30. 40. 50., e più anni, e da tanto tempo, che non vi è memoria di Vomini in contrario sà esso Testimonio per auerlo visto da 50. anni in quà, sino che si cominciò questa lite, e del tempo antecedente per auerlo inteso dire da' suoi Maggiori &c. il detto Regio Monastero staua ed è stato in possesso quieto, e pacifico di non pagar decima alcuna dalli frutti, che raccolse à sue spese &c. nelli Terreni, e Possessioni, che gode, e possiede detto Monastero, Vigne, piedi, ò Arbori di Oliue, che gode, e posiede nelli termini di questo luogo, ne delli piedi, ò Arbori d'Oliue, che posiede nel termine di Magan, e lui Testimonio, come Affittuario che e stato delle decime di questo termine, e Terzo collettore delle medesime non l'hà riscosso, ne dimandato alli Religiosi, che hanno amministrato detti Beni, ne tiene notizia l'abbino pagate, ne riscosse altri Affittuarii, e Terzi, che sono stati nel tempo di detto Testimonio, e se l'auessero riscosso, esso Testimonio lo saprebbe, e non potrebbe auerne fatto dimeno* = *& litt. LLL.* super Partis interrogatorio dictus Testis deposuit ibi = *nel termine del luogo di Magan gode, e posiede il detto Regio Monastero 300. piedi, ò Arbori di Oliue &c. che hà visto lauorare, e sfruttare à sue spese* = Idemque deposuit alter Testis scilicet Franciscus Duro ętatis annorum 60. *d. Summario principali num. 3. litt. RRR., & litt. SSS.* ibi= *dixit che il detto Regio Monastero è stato in quieto, e pacifico possesso insino si principiò questa lite da 5. 10. 20. 30. 40., e tanto tempo, che memoria d'Vomini non vi è in contrario di non pagare decima alcuna delli frutti de Grani, semenze, Vua, Oliue aueua raccolti nelli Terreni, Vigne, Olueti, & in siti suoi proprii, che gode, e posiede nelli termini di questo luogo &c., e delli piedi, ò Arbori di Oliue, che possiede in Magan, che ha coltiuato, e sfruttato à sue spese* = & idem Testis super Partis interrogatorio *litt. HHHH. item sà il Testimonio che gode, e posiede il detto Monastero quantità di piedi, ò Arbori di Oliue nel termine di Magan ed hà visto, che li hà lauorati, e sfrut-*

tati

tati intutto il tempo, che hà lui Testimonio, e si può ricordare.

Quo verò ad Tenimenta sita in Territorijs de Xerindose, e Alcabon non prætendit Monasterium exemptionem, nisi quoad Olueta, quæ semper Monasterium ab antiquissimo tempore possedit, eaque semper coluit suis expensis, & nunquam ex illis decimam oliuarum persoluit, prout diserte deposuerunt nostri Testes, qui postquam deposuerint, quod Moniales decimam non soluebant ex fructibus Tenimentorum, quæ proprijs expensis colebant, deposuerunt, quod oliueta posita in dd. Tenimentis semper culta fuerunt expensis Monasterij, ita deposuit Andreas Zepillo ætatis annorum 60. examinatus in Oppido Vallis Sancti Dominici super interrogatorio Partis aduersæ *Summ. additionali num. 1. litt. D. E.* ibi = *e similmente possiede molta quantità di piedi, ò Arbori di Oliue tanto in questo termine* (seù Territorio) *quanto nelli termini delle dette Ville di Xerindote, & Alcabon, e nelli termini di Perobequez, & Vrtado, che tutto il tẽpo della sua vita hà fatto lauorare, e coltiuare, ed hà raccolto il frutto il detto Regio Monastero à sue spese* = Idem deposuit alter Testis ætatis annorum 56. *dicto Summario additionali num. 2. in principio, & litt. G.*, & tertius Testis *dicto Summario additionali num. 4. litt. A.* ibi = *dixit che quello, che sà, e può dire, e per quello che tocca li termini di Perobequez, Vrtada, Valle di S. Domenico, ed altri circonuicini ne' quali il detto Monastero possiede Terreni, Vigne, ed Olueti da 5. 10. 20. 30., e 40., e più anni, e da tanto tempo, che non vi è memoria in contrario insino si principiò questa lite il detto Regio Monastero si trouaua, ed era in quieto ò pacifico possesso di non pagar decime delli frutti de Grani, Sementi, Vua, Oliue &c., ed altri frutti, che hanno raccolto nelli Terreni, Olueti, e Vigne, che gode, e possiede nelli detti termini di Perobequez, & Vrtada NE DELLE OLIVE, che insino d. tempo raccolse nelli Olueti, che tiene, e possiede nelli termini, che possiede nella Valle di S. Domenico di ALCABON E XERINDOTE &c.* = & super interrogatorijs Partis aduersæ idem Testis deposuit *dicto Summario additionali num. 3. litt. O.* ità deposuit ibi = *nelli termini delle dette Ville de Alcabon, e Xerindote possiede il detto Monastero in proprietà da 700. piedi, ò Arbori di Oliue, che similmente l'hà visto lauorare, coltiuare, e sfruttare dal d. Monastero à sue spese* = Idem deposuit alter Testis *Summ. num. 6. litt. A., & litt. O.*

Hinc cessat ex facto primum fundementum contrariæ decisionis, quod scilicet Testes examinati anno 1702. non coarctant consuetudinem immemorabilem ad certa, & determinata loca proprijs expensis culta per Monasterium, immò quod potiùs deponere aliqua Bona partim locata fuisse, & passim proprijs sumptibus Monasterij culta, & sic quod eadem Prædia aliquando obnoxia fuerunt decimationi, aliquando non, quodque propterea non exurgit probatio exemptionis certi fundi, cum consuetudo elici non potest ex actis di-

discontinuis, nam ex vna Tenuta fanegarum 40. ex tresdecim, quas possidet Monasterium in Territorio de Oleas, & quæ omnes, & singulæ sunt eiusdem mensuræ, & quantitatis, liquet illam semper fuisse cultam expensis Monasterij, proùt quoque Olíueta, quæ possidet in eodem Territorio, & in Territorio Vallis S. Dominici, in Territorijs *Magan*, *Xerindote*, *&* *Alcabon* Testes ad euidentiam probant illa semper fuisse culta expensis Monasterij, quod ex fructibus illorum nunquam soluta fuit decima; Ideoque quoad illa videtur omninò reuocanda sententia Rotalis, cum non contradicant Moniales, quod confirmatur sententia quoad omnia Tenimenta, quæ Testes summa distinctione deposuerunt fuisse locata per Monasterium, aut recentèr acquisita; Sed quoad supra recensitam vnicam tenutam fanegarum 40. in Territorio de Oleas, & quoad omnia supradicta Oliueta, quæ Testes deposuerunt toto tempore suæ vitæ fuisse culta expensis Monasterij, adeout probatur continuata possessio, continuata cultura expensis Monasterij, continuata exemptio, & Prædia, & Oliueta sunt certa, & determinata, videtur omninò reformanda, seu reuocanda sententia.

Multoque minus subsistit in facto, quod aliqui ex Testibus in specie deposuerint, quod in Territorijs de Oleas, & Magan Testes deponant, quod Moniales quamplura Terrarum corpora emisse, & alijs incorporasse, nàm nos non prætendimus exemptionem nisi qaoad vnicam Tenutam 40. fanegarum ex tresdecim Tenutis, quæ in dicto Territorio possidet Monasterium, quarum singulæ sunt eiusdem mensuræ 40. fanegarum, & quæ semper possessa, & culta fuit expensis Monasterij, neque aliarum Tenutarum antiquarum, multoque minus Tenutarum recenter acquisitarum, de quibus Testes deponunt prætendit Regium Monasterium exemptionem à decimarum solutione, quam solum prætendit, quoad d. vnicam Tenutam 40. fanegarum, & olíueta in Territorio de Oleas, Vallis S. Dominici, Magan, Xerindote, & Alcabon, quæ Oliueta sunt antiqua Monasterij, & semper culta expensis Monasterij.

Nec videtur in facto subsistere, quod vnus ex Testibus deposuerit circa alias Tenutas, quod Monasterium aliquando coluerit vnam petiam, aliquando illam locauit, vt in contraria decisione §. *Neque*, *verf. Quoad cæteras Terras*, nam ex dictis alijs Tenimentis Monasterium non prætendit exemptionem, sed illam dumtaxat prætendit ex dicta vnica Tenuta fanegarum 40. sita in Territorio de Oleas antiqua, & quam semper coluit, & ex Oliuetis supradictis, quæ semper coluit proprijs expensis, & sic exemptionem limitatam ad d. Tenutám, & Oliueta, quæ supra probauimus semper fuisse possessa à Monasterio, & semper culta suis expensis.

Progreditur decisio in sequenti §. *Sed in vniuersum*, quod Testes ex nostra parte examinati non deponant cum requisitis immemorabilis præscriptis à *Glofs. in cap.* 1. *verb. mem. de præscript. in* 6., se remit-

mittendo ad præcedentem decisionem, & nonnullos defectus subinde referendo, quod pariter fundamentum caret omni facti assistentia, cum plures Testes examinati anno 1702. deponant cum omnibus requisitis nullo penitùs deficiente, quinque enim sunt requisita præscripta per *d. gloss.* necessaria ad constituendam perfectam consuetudinis immemorabilis probationem, quorum *primum* est, quod Testes attingant ætatem 54. annorum, *secundum*, quod deponant de visu per annos quadraginta, *tertium*, quod deponant de auditu à maioribus, *quartum*, quod deponant, quod nihil vnquam dictum, factum, vel auditum fuerit in contrarium, *& quintum*, vt deponant de publica voce, & fama: Cum omnibus prædictis requisitis deponunt non solum quatuor Testes, de quibus in *Summario principali num.*3. sed etiam alij tres Testes, qui dantur in *Summario additionali num.*1. 2., *&* 3. quod enim omnes dd. Testes non solum habent ætatem quinquaginta quatuor annorum, sed etiam longè dictam ætatem excedant est euidens, nam primus Testis nuncupatus Stefanus Guttierez de tempore examinis habebat ætatem 75. annorum *dicto num.*3. *litt.A.* secundus Testis Thomas Guttierez de Paramo erat ætatis 67. annorum *dicto num.*3. *litt.V.* alter Testis Ioannes Matute habebat ætatem 68.annorum *dicto num.*3.*litt.TT.*, & quartus Testis nuncupatus Franciscus Duro habebat ætatem 60. annorum *d. num.*3. *litt.RRR.* Primi autem duo Testes quorum depositiones transcribuntur in *Summario additionali num.*1., *&* 2. Primus ex illis habebat ætatem 60. annorum *dicto num.*1. *in principio*, & Ioannes de Torres habebat ætatem 56. annorum *d. Summario additionali num.*2. *in principio*, quibus potest etiam adiungi tertius Testis datus in *dicto Summario num.*3. ratione qualitatis non esset Sacerdos Commissarius S. Officij, & Præfectus domus ipsiusmet Reuerendissimi Archiepiscopi Toletani qui licèt haberet ætatem 52. annorum, quæ etiam sufficit in Teste, qui deponere debet de consuetudine immemorabili, vt plenè probat *Trobat. de effectu immemorabilis quæst.*5.*tit. de ætate*, & numero Testium ad probandam immemorabilem, vbi postquam *num.*4. infinitas Doctorum authoritates adducit, quod Testes pro immemorabilis probatione debent esse ætatis annorum 54. *num.*5. subiungit, ibi = *Sed omnes* 11. *Doctores affirmant sufficere minus tempus, idest* 50. *annorum, cum Testis testificari Iure valeat de his quæ ante pubertatem vidit* = præsertim attenta qualitate illius, vt prosequitur *Trobat. num.*7. vbi testatur ita fuisse iudicatum in Senatu Aragonia, & *num.*9. testatur hanc opinionem esse verissimam.

Quod autem dd. Testes omnes deponant de visu vltra annos quadraginta, & de constanti auditu à maioribus, liquet ex lectura, nam primus Testis de quo in *Summario principali num.*3. *litt.B.*, *& seqq.* ita deposuit, ibi = *Dixit, che quello, che sà, e può dire è, che il detto Reggio Monastero di San Domenico della Città di Toledo sta in posses*-*so*

so quieto, e pacifico, senza contraditione di persona alcuna, da 5. 10. 20. 30. 40. 50., *e* 60. *anni insino all'anno passato* 1702. *in cui si principiò questa lite, che sono quelli del suo ricordo, e da molto più tempo antico, che memoria di Vomini non vi è in contrario per auerlo sentito dire dalli suoi maggiori, e più vecchi di non pagare decime delli frutti, che ha raccolto nelle possessioni, che possiede sue proprie, che ha lauorato, e coltiuato, ò fatto lauorare, e coltiuare à sue spese, e dalli suoi serui salariati, ed operarij, senza che persona alcuna, che lui Testimonio abbia saputo, visto, vdito, ne inteso gle l'abbia dimandato per stare in fino, che si principiò questa lite in possesso di non pagarle, che procede da tempo molto antico, il che si verifica perche conobbe Gio. Tendero Caporale, che fù del lauoro, che aueua ll detto Monastero, che saranno, che morì* 60. *anni, ed all'ora ne poteua auere* 50., = (nominat alios, à quibus audiuit) & subiungit, ibi = *Et altri molti Affittuarij che furono delle decime del Termine di questo luogo, e suoi conuicini, colli quali ebbe molta communicazione, e nelle conuersazioni, nelle quali concorsero vdì dire da loro molte volte, che il detto Reggio Monastero non pagaua, ne aueua pagato Decime delli frutti, che di formento, orzo, segala, sementi, vua, ed oliue, che aueua raccolto nelle sue possessioni proprie lauoraudole, e coltiuandole, e cogliendo li suoi frutti à sue spese, e che come Affittuarij, e Terzi, che erano stati delle Decime non le aueuano riscosso, ne domandato per la cognizione aueano, che non li pagaua* = & *litt.K.* subiungit, quod illi maiores à quibus præmissa audiuit erant homines veridici, vt plenius, ibi = *E che li Authori sopra nominati da quali vdì quello, che ha detto furono auuti, tenuti, e communemente reputati in questo luogo per Vomini di verità, fedeltà, e coscienza, ed alli loro detti, e deposizioni con giuramento, e senza in Giudizio, e fuori di Giudizio sempre se li diede intiera fede, e credito.*

De visu vltra annos 50. deposuit secundus Testis *dicto nostro Summario litt.V., & litt.AA.* ibi = *Dixit, che da* 5. 10. 20. 30. 40. *e* 50. *anni, che sono del suo ricordo sà per auerlo visto, e da molto più tempo antecedente per auerlo sentito dire dalli suoi Maggiori, e più antichi, i nomi, e cognomi de quali, e l'età, che aueuano, e quanto tempo è che morirono dirà in questa sua deposizione, che il detto Reggio Monastero di San Domenico insino che si cominciò questa lite, era stato, e staua in possesso quieto, e pacifico di non pagare Decime delli frutti di qualsiuoglia genere aueua raccolto, e raccoglieua nelli Terreni, e Possessioni sue proprie, che nel termine di questo luogo lauoraua, e coltiuaua à sue spese, e fà lauorare, e coltiuare dalli suoi serui salariati, ed operarij, senza che persona alcuna insino che si principiò questa lite l'abbia inquietato nel detto possesso, il che dice sapere lui Testimonio per auerlo visto nel tempo delli detti* 50. *anni, e con specialità da* 30. *anni in qua, che attende à gl'Affitti delle Decime &c. di questo luogo, e non ha domandato, ne riscosso dal detto Monastero decima alcuna delli frutti, che ha raccolto à sue spese, ò dalli suoi serui nelli detti Terreni, e possessioni, ne meno l'hanno riscosso gl'altri Affittuarij, che ha conosciuto essere in tempo suo* = & deinde specificat nomina maiorum,

rum, à quibus idem dicere audiuerat, & *litt.FF.* subiungit, ibi = *Et altri molti Vomini vecchi abitanti, che furono di questo luogo, ed Affittuarij di Decime, con i quali ebbe communicazione, ed vdì dire da loro, che nelli loro tempi aueuano visto, che il detto Reggio Monastero non aueua pagato, ne pagaua Decima alcuna delli frutti, che raccoglieua nelle sue Tenute, e Possessioni proprie lauorandole à sue spese, e loro come tali Affittuarij non l'aueuano dimandato ne riscosso.*

Et *litt.GG.* subiungit, ibi = *E quelli, che dà per Autori, che lui Testimonio conobbe furono auuti, tenuti, e communemente reputati nella Republica per buoni Cristiani di coscienza, e fedeltà, ed alli loro detti, e deposizioni con giuramento, e senza giuramento sempre se li è dato intiera fede, e credito in Giudizio, e fuori di Giudizio.*

De visu vltra annos 45., & de auditu à Maioribus deposuit Ioannes Matute, ætatis annorum 68., vt liquet ex dicto *Summario principali num.3. litt.TT. VV., & seqq.*, & pariter iste deposuit de auditu à maioribus, qui fuerunt Conductores Decimarum, & subiungit, ibi = *Ed altri molti antichi abitanti, che furono di questo luogo, ed Affittuarij in tutto il tempo della loro vita, delle decime di questo luogo con li quali ebbe molta communicazione, dalli quali vdì dire che il detto Monastero mai aueua pagato Decime alcune delli frutti, che raccoglieua à sue spese nelli Terreni, e Possessioni sue proprie, che godeua, e possedeua &c., e come tali Affittuarij non l'aueuano dimandato, ne riscosso.*

Et de visu vltra annos 40., & de auditu à maioribus deposuit Franciscus Duro quartus Testis, cuius depositio transcribitur in *Summario nostro principali num.3. litt.RRR., & litt.SSS.*, & de constanti auditu à maioribus qui fuerunt Decimarum Conductores, vt ex dicto *Summario litt. XXX.* quodque illi maiores, à quibus audiuerat erant homines integræ fidei, & veritatis, vt ex dicto *Summario n.3.litt.DDD.*

Cum iisdem requisitis deposuerunt primi tres Testes, qui dantur in *Summ. additionali num.1. 2. & 3.* nam Andreas Zepilla ætatis annorum 60. deposuit de visu toto tempore vitæ suæ, & de auditu à maioribus, secundus verò Testis Ioannes de Torres ætatis annorum 56. *d. Summ. num.2.*, hic etiam *litt.A.* deponit de visu vltra annos 40., & de constanti auditu à maioribus, vt liquet ex *d. Summ. addit. num.2. lit.A.* ibi = *Dixit, che da 5. 10. 20. 30. 40. 50. e più anni, e da tempo antico, che non vi è memoria di Vomini in contrario è stato costume osseruato, e pratticato senza contradizione di persona alcuna, che il detto Reg. Monastero di Monache di S. Domenico della Città di Toledo non ha pagato Decime alcune delli frutti, che insino si mosse questa lite hà raccolto de' Grani, Sementi, Vua, ed Oliue in Terreni proprij, Vigne, & Olíueti, che possiede, e gode nelli termini, lauorandole, e facendoli lauorare à sue proprie spese, e da' suoi Serui salariati* = & *litt.C.* deponit de auditu à maioribus, quos ibi specificat, à quibus dici audiuit, ibi = *Da' quali sentij dire in molte, e diuerse occasioni, che nelli tempi loro sempre aueuano visto, che il detto Monastero non aueua pagato decime alcune delli frutti de' Grani, Semenza, Vua*

Vua, & Oliue, che aueua raccolto dalli Terreni, Vigne, ed Oliueti suoi proprij, che lauoraua, e coltiuaua a sue spese.

Ad euidentiam itaque probata hucusque remanent tria ex quinque requisitis necessarijs ad construendam perfectam consuetudinis Im- memorabilis probationem, nam omnes dd. septem Testes habent legitimam ætatem, omnes deponunt de visu vltra annos 40., & omnes deponunt de constanti audiru à maioribus, adeoùt ex facti euidentia constat non esse verum id, quod supponitur tàm in deci- sione bo:me: Foscari, quàm in prima decisione Reuerendissimi Cer- ri, quòd Testes ex parte Monasterij examinati non habebant æta- tem legitimam, quòdque non deponebant de visu per annos 40., multoque minus de constanti auditu a maioribus, dum ex deposi- tionibus dd. septem Testium, quas mox transcripsimus liquidissimo apparet contrarium.

Superest videndum an Testes examinati de anno 1702. deposuerint de alijs duobus requisitis necessarijs ad probationem Immemorabi- lis, scilicèt, an deposuerint, *quòd nihil visum, vel auditum fuerit in contrarium*, *& an deposuerint de publica voce, & fama*, de quibus dd. Testes pariter deposuisse apertissimè liquet ex lectura dd. de- positionum, nàm de dd. alijs duobus requisitis apertè deposuerunt, nam dictus Stefanus Guttierez ætatis annorum 75. *d. Summ. n.3.* postquàm deposuerit de visu vltra annos 60., & de auditu à suis maioribus super eodem tertio articulo, de quo *in d. Summ. princi- pali num.3. litt.L.* ita deposuit ibi = *E così è publico, e notorio senza, che gl' vni, ne gl' altri nelli loro tempi ne lui Testimonio insin, che si cominciò questa lite auessero, ne abbino visto, vdito, saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario*, = & de eisdem duobus requisitis iterum idem Testis deposuit super 7. Articulo etiam cum coarctatione ne- gatiuæ, quòd contrarium esse non potuerit, quin ipse sciuisset *dicto Summ. principali num.3. litt.K.* ibi = *Dixit, che tutto quello, che ha detto, e dichiarato in questa sua deposizione è publico, e notorio, publi- ca voce, e fama, e commune opinione in detto luogo, ed altri conuicini, senza auer visto, ò saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario, perche se vi fusse stato, lo saprebbe lui Testimonio, e non potrebbe farne di meno per essere abitante, e natiuo di questo luogo, doue sempre hà abitato, ed esser stato Collettore, ed Agricoltore del medemo, ed Affittuario delle sue decime.*

De iisdem duobus requisitis deposuit dictus secundus Testis Thomas Guttierez de Paramo ætatis anncrum 67. *d. num.3. litt.V.* qui tam super 3. articulo, quàm super 7. deposuit de publica voce, & fama, quodque nunquàm dictum, visum, vel auditum fuerit in contrarium discretè deponit, vt ex *d. Summ. num.3. litt.HH.*, ibi = *E così è pu- blico, e notorio, senza che li suddetti* (scilicet maiores) *nelli loro tem- pi, ne lui Testimonio nel tempo del suo ricordo insino, che si cominciò questa lite vedessero, ne abbia visto, saputo, vdito, ne inteso cosa alcuna in contrario* = & *litt. RR.* de iisdem duobus requisitis iterum depo- nit, ibi = *Dixit, che tutto quello, che hà detto è publico, e notorio, pu- blica*

blica voce, e fama, e commune opinione, senza auer vdito, ò saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario.

Et de iisdem duobus requisitis deposuit Ioannes Matute annorum 68. *d. Summ. principali litt. TT.* qui tam super 3. articulo postquàm deposuerat de visu vltra annos 40., & de constanti auditu à maioribus ita deposuit = *E così è publico, e notorio senza che li sopradetti* (scilicet maiores) *nelli loro tempi, ne lui Testimonio in tempo suo vedessero, ne abbia visto, saputo, ne vdito cosa alcuna in contrario, altro chè questa lite* = De quibus duobus requisitis iterum deposuit super septimo articulo, ibi = *Dixit, che tutto quello, che ha detto è publico, e notorio, publica voce, e fama, e commune opinione in questo luogo, ed altri conuicini senza auer vdito, o saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario, e della verità sotto il giuramento, che hò fatto.*

De eisdem duobus requisitis deposuit Franciscus Duro ætatis annorum 60. *d. Summ. num. 3. litt. RRR.* qui postquàm deposuerit de visu vltra annos 40. de auditu à maioribus, qui vlteriùs deposuit, quòd etiam maiores ab alijs suis maioribus audiuerant, ibi = *E che il medemo aueuano sentito dire da altri loro Maggiori, senza che gl' vni, ne gl' altri ciascheduno in suo tempo, ne lui Testimonio in tempo suo auessero, ne abbiano visto, vdito, saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario, insino che si cominciò questa lite* = & de publica voce, & fama deposuit super septimo articulo *d. num. 3. litt. MMMM.* dixit = *Che tutto quello, che ha detto è publico, e notorio, pubbllica voce, e fama, e commune opinione, senza auer vdito, saputo, ne inteso cosa alcuno in contrario.*

De eisdem requisitis pepośuit Ioannes de Torres ætatis annorum 56. *Summ. aditionali num. 2. in principio*, qui postquam deposuerit de visu per annos 40. & vltra, & de auditu à Maioribus primo deposuit de publica voce, & fama per verbum fuit, & est *d. num. 2. litt. B.* ibi = *Il che dice sapere per essere, ed esser stato publico, e notorio in questa Villa* = deposuit vlteriùs quod sui maiores dicebant id ipsum audiuisse ab alijs suis maioribus, quodque neque illi, neque ipse quidquam viderit, sciuerit, aut audiuerit in contrarium *Summ. num. 2. litt E.* ibi = *E che il medemo aueuano vdito da altri loro Maggiori, e più antichi, senza che ne l' vni, ne l' altri, nelli tempi loro, ne lui Testimonio in tempo suo, e del suo ricordo insino, che si principiò questa lite auessero, ne hanno visto, saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario* = & super 7. articulo *d. Summ. num. 3. litt. H.* subiungit ibi = *Dixit, che tutto quello ha detto in detta sua deposizione, e quello, che a tempo suo ha visto, ed inteso per le raggioni, che hà detto in ciascheduna deposizione è publico, e notorio, senza esserui cosa in contrario.*

Et de iisdem requisitis deposuit Franciscus Bayo Sacerdos Commissarius S. Officij, & tunc Præfectus Domus Reuerendissimi Archiepiscopi Toletani, cuius depositio transcripta fuit *in d. Summ. additionali num. 4.* qui postquàm deposuerit de visu, & certa scientia de annis 40. de auditu à maioribus, quos specificauit, deposuit, quod dd. sui maiores dicebant idem dici audiuisse ab alijs suis maioribus, quodque, nec ipse, nec sui maiores, neque maiores suorum maio-

rum

rum quidquàm viderint, nec audiuerint in contrarium *dicto num.4.*
litt.G. ibi = *Li quali diceuano, che in tempo d' altri loro Maggiori era*
pratticato il medemo senza che l' vni, ne gl' altri ne i tempi loro, ne lui
Testimonio nel tempo della sua vita, insino, che si cominciò questa lite
vedessero, o udissero, ne intendessero cosa alcuna in contrario, e che
quelli, che allega per Autori di vdito furono Vomini delli primi della
Republica, buoni Cristiani, timorati di Dio, e delle loro coscienze, ed
alli loro detti, e deposizioni con giuramento, e senza giuramento in giu-
dizio, e fuori, sempre se li diede piena fede, e credito, e similmente così
è publico, e notorio = & super 7. articulo de quo in *Summ. d. num.4.*
litt.P. ibi = *Dixit, che tutto quello, che ha detto esso Testimonio è publi-*
co, e notorio, publica voce, e fama, e commune opinione nella detta Vil-
la della Valle di San Domenico, ed altre circcnuicine, senza auer udi-
to, saputo, ne in teso cosa alcuna in contrario.

Constat itaque ex prædictis, quod præcitati Testes deposuerunt cum omnibus requisitis præscriptis *à gloss. in dicto cap.1. verb. memor. de præscript. in 6.*, vt huc vsque fuit ad euidentiam iustificatum, & proindè cessant ex facto ea, quæ cumulantur in nouissima decisione §. *Sed in vniuersum*, & primo opponit Testes non deposuisse, quod nunquàm viderint, nec audiuerint solutas fuisse decimas, quodque non deponant id audiuisse à suis maioribus, nam euidentissimè contrarium liquet ex depositionibus dd. Testium superiùs transcriptis, quod omnes deposuerunt de constanti auditu à maioribus, quodque nec ipsi, nequè sui maiores vnquàm viderint, vel audiuerint in contrarium.

Subiungit in eodem §. *Contraria decisio*, quod Testes non deposuerint, quod sui maiores audiuerint ab alijs suis maioribus, nam probatio huius secundi auditus non est necessaria in probatione immemorabilis, vt plenè probat *Trobat. de immemor. quæst.7. num.49. vbi infinitas allegat authoritates num.17. 18. 19.* , *& num.14. nec tale requisitum recenset gloss. magistr. in dicto cap.1. verb. memoria de præscript. in 6.* Nàm vltra legitimam ætatem quatuor sunt requisita necessaria, de quibus deponere debent Testes, vt plenè probat *Trobat. dicta quæst.7. num.50.* ibi = *& etiam communis schola DD. affirmant sufficere Testes dicere hæc primo, vt deponant de visu per tempus 40. annorum, secundo de auditu à maioribus, tertio quod nunquàm audiuerunt, nec viderunt contrarium, quarto quod ista sit vox, fama publica, seù communis opinio apud eos qui rei cognitionem habent, & ad ista quatuor reducitur tota probatio Immemorabilis, & requisitorum*, vbi infinitas allegat authoritates, & Sac. Rotæ decisiones; quodque ad probationem immemorabilis non sit necessaria probatio huius secundi auditus, scilicèt quod Maiores, à quibus audiuerunt, dicebant audiuisse ab alijs suis maioribus plenè respondit hoc Supremum Tribunal *in Nullius, seù Vrgellen. Primitiarum 21. Aprilis 1708. coram Reuerendissimo D. meo Aldourando.*

Verum quatenùs necessaria esset dicti requisiti probatio, adhùc tamen habemus Testes, qui cum dicto requisito deposuerunt, nempè, quod

co-

eorum maiores id dici audiuerant ab alijs suis maioribus, quodque nec illi, nec eorum maiores quidquam fieri, dici, vel audiuerint in contrarium nempè Ioannes Matute senior annorum 68. *dicto Summ: principali litt.TT.*, qui postquàm deposuerit de maioribus, & personis antiquis, à quibus audiuerat *litt.XXX.* subiungit *litt.AAAA. ed altri molti antichi abitanti, che furono di questo luogo, ed Affittuarij delle sue Decime, li quali conobbe benissimo, e con i quali ebbe molta conuersazione, e sempre vdì dire da loro, che il detto Regio Monastero non aueua pagato, ne pagaua Decime delli frutti, che à sue spese si raccoglieuano nelli terreni, e possessioni &c. e che il medemo AVEVANO SENTITO DIRE DA LORO MAGGIORI, senza che ne l'vni, ne l'altri, ciascheduno in suo tempo ne li Testimonio in tempo suo auessero, ne abb.no visto, vdito, saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario.*

De eodem requisito secundi auditus deposuit Ioannes Rodriquez *Summ. principali num.4.*, qui postquàm deposuerit à suis maioribus *litt.K.* subiungit ibi = *e similmente diceuano* (scilicèt maiores) *che il medemo aueua vdito dire da altri loro maggiori senza l'vni, e l'altri ne tempi loro, ne esso Testimonio in tutto il tempo del suo ricordo abbino visto, saputo, vdito, ne inteso cosa in contrario.*

Idemque deposuit alter Testis, de quo in *d. Summ. num.7.*, qui pariter postquam deposuerint audiuisse à suis maioribus, paritèr deposuit de hoc secundo auditu ibi = *Bensì quello, che sentì da suoi Maggiori, che sempre erano stati con intelligenza, secondo diceuano auer inteso dà altri Maggiori, e più antichi, che era impossibile, che il detto Monastero non auesse Priuileggio di esenzione di Decime, perche se non l'auesse, non se li saria permesso, che le lasciasse di pagare & litt.H.* subiungit ibi = *senza che ne l'vni, ne l'altri, ne lui Testimonio in tempo suo abbino visto, vdito, saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario*,

Et de hoc secundo auditu deposuit quoque Ioannes de Torres, cuius depositio est transcripta in *Summ. Additionali num.2.*, qui postquàm deposuerit de constanti auditu à maioribus *litt.E.* subiungit ibi = *E che il medemo aueuano vdito da altri loro Maggiori, e più antichi, senza che ne l'vni, ne l'altri nelli tempi loro, ne lui Testimonio in tempo suo, e del suo ricordo, insino che si principiò questa lite auessero, ne hanno visto saputo ne inteso cosa alcuna in contrario.*

Et pariter de hoc secundo auditu deposuit Franciscus Bayo Præfectus domus Reuerendissimi Archiepiscopi Toletani *Summario Additionali num.4.*, qui postquam *litt.F.* deposuerit de constanti auditu à maioribus subiungit *litt.G.* ibi = *li quali diceuano, che in tempo di altri loro Maggiori era pratticato il medemo, senza, che gl'vni, e gl' altri ne tempi loro, ne lui Testimonio nel tempo di sua vita, insino, che si cominciò questa lite vedessero, vdissero, ne intendessero cosa alcuna in contnario.*

Idemque deposuit alter Testis, de quo in *Summario Additionali n.9. litt.B.*, & alter Testis, de quo in eodem *Summ. num.10. litt.B. C. D.*, cum nihilominùs sufficeret, vt de hoc secundo auditu qua-

-tenus esset necessaria illius probatio duo Testes de eo deposuerint,
vt plenè probauit *Rota in Troiana delationis Crucis super bono Iure*
25. *Iunij* 1708. §. *Quo vero cor. Reuerendiss. Decano*.

Subiungit contraria Decisio in dicto §. *Sed in contrarium*, quod Te-
stes excludere debent negatiuam non solutionis, & nihilominùs
aliqui ex Testibus probationem dictæ negatiuæ excludunt, dum
deposuerunt, quod Ministri Archiepiscopatus decimas petere,
& exigere potuerint, absque eo quod ipsi sciuissent, nam nòn so-
lum coarctatio negatiuæ non est necessaria ad probationem imme-
morabilis, cum illa censeatur inclusa cum alijs requisitis, nempè
quod ità viderint practicari per spatium 40. annorum, quodque
dicto tempore nihil visum, dictum, vel auditum in contrarium;
nam eo ipso, quod deponant toto dicto tempore nihil dictum,
visum, vel auditum fuerit in contrarium, videtur probata dicta
negatiua, vt plenè probat *Trobat. de effect. immemor. quæst. 7. n. 52.*;
itaut dicta negatiua articulatur ad melius esse, non autèm quod sit
necessaria illius probatio, vt prosequitur *Trobat.*, adhùc tamen
dicta negatiua coarctata paritèr probata fuit, nam dictus secundus
Testis de illa specificè deponit *Summ. principali d. num. 3. litt. S.*;
& T. ibi -- *senza auer visto saputo, ne inteso cosa alcuna in contrario,
perche se vi fusse stato lo saprebbe esso Testimonio, e non potrebbe essere
di meno per essere abitante, e natiuo di questo luogo, doue sempre hò
abitato ed essere Collettore, ed Agricoltore ed Affittuario delle
Decime.*

Et de eadem negatiua deposuit Ioannes Matute ætatis annorum 68.
de quo in *Summ. litt. TT.* hic enim *litt. AAA.* de dicta negatiua ibi --
*e se l'auessero riscosso esso Testimonio lo saprebbe, e non potrebbe auer
ne fatto di meno* = itaut habemus duos Testes explicitè deponentes
cum dicta negatiua coarctata, & de ea implicitè deponunt omnes
Testes.

Et licèt vnus dumtaxat ex Testibus, nec alter in processu reperiri po-
test deposuerit de possibilitate, quod Ministri Archiepiscopatus po-
tuerint Decimas petere, & exige e, vtique depositio huius Testis,
qui dixit ignorare, & quod possibile sit, quod Decimas petierint
non tollit nostram probationem dictæ negatiuæ coarctatæ, ad quam
destruendam opportebat, vt deposuerit, quod Ministri Archiepisco-
pi Decimas petierint, & exegerint, vt de se patet, cùm ad summum
prætendi possit ex depositione illius non fuisse probatam negati-
uam, quæ plenè probata remansit ex dictorum Testium deposi-
tionibus.

Nec in Facto subsistit, quod subiungit *contraria Decisio dicto* §. *Sed in
vniuersum*, & §. *Eoque fortius*, supponendo quod Testes deposue-
rint de conquæstionibus Archiepiscopi, & de censuris comminatis
contra nostrum Monasterium, ad hoc, vt Decimas persoluerint, vt
rogamus Reuerendissimos Patres perlegere dignentur Summaria
vtriusque Partis, & in neutro illorum reperient, quod Testes depo-
suerint Archiepiscopos, seù illius Ministros conquestos fuisse, &
coarctasse per censuras Moniales ad Decimarum solutionem, immò
vt

vt ex depositionibus illorum superius transcriptis, illi omnes deposuerunt nunquam, neque ipsorum tempore, neque tempore suorum Maiorum quidquam fuisse dictum, factum, vel auditum in contrarium, quod deponere non valuissent, si deposuissent de conquestionibus Archiepiscopi, & Ministrorum, & de censuris latis contra Moniales ad effectum illas adstringendi ad Decimarum solutionem, adeoùt omnia innituntur in facto insubsistenti, & suppositis factis ab aduersa Parte, & solùm vnus ex Testibus deposuit generaliter, quod contra non soluentes Decimas promulgántur censuræ, sed nullus deposuit, quod censuræ latæ fuerunt contra Moniales, ex quo non soluebant Decimas fructuum, quos colligebant ex Tenutis, quæ proprijs expensis coluerunt.

Denique subiungit *contraria Decisio*, quod Testes non deposuerunt de publica voce, & fama per verbum *fuit*, & *est*, sed nos dicimus, quod Testes satis superque de publica voce, & fama deposuerunt per verbum *fuit, & est*, nam omnes Testes, quorum depositiones supra transcripsimus cum dicto requisito deposuerunt, dum non solùm deposuerunt de publica voce, & fama, & communi reputatione, sed omnes, & singuli subiunxerunt = *itaut nunquam visum, dictum, vel auditum fuerit in contrarium*, vt liquet ex dictarum depositionum lectura, & sic deposuisse constat per verbum *fuit*, *& est*, quas supra transcripsimus §. *Superest videndum*, *& sequentibus*.

Sed quatenus etiam adesset ista necessitas, vt expresè, & non per æquipollens deponere debeant de publica voce, & fama, seu de publico, & notorio, adhuc ex depositionibus duorum ex dictis Testibus probamus illos deposuisse per verbum *fuit*, *& est*, ita enim deposuit Andreas Zepilla ætatis annorum 60., qui postquam deposuisset de visu toto tempore suæ recordationis, & de auditu à Maioribus *Summario Additionale num. primo litt. A., & B.* subiungit ibi = *il che è, & è stato tanto publico, e notorio, che persona alcuna non può ignorarlo* = *dicto num. primo litt. B. in fine*. Idem deposuit *Ioannes Torres* ætatis annorum 56., *Summario Additionali num. 2. in principio*, qui postquam deposuerit de visu vltra annos quadraginta de auditu à Maioribus *litt. B*, ita subiunxit, ibi = *il che dice sapere per essere, & esser stato publico, e notorio*.

Patet itaque ex præmissis, quod nostri Testes deposuerunt cum omnibus requisitis Immemorabilis, & quidem cum forma magis rigorosa, absque eo quod aliquod, licèt non necessarium deficiat, & omnia requisita ad exuberantiam probata fuerunt.

Præmissa nunc eo magis clara, & conspicua euadunt, quia ex parte Dominorum Aduersariorum fuit in Actis productus titulus, qui nostro Monasterio in limine fundationis fuit concessa exemptio limitata ad Tenimenta, & possessiones vsque ad summam 25. mil. merapetinorum; Ex fructibus enim Tenimentorum vsque ad valorem viginti quinque mille merapetinorum Moniales ex concessione facta in limine fundationis nostri Monasterij Decimas soluere non teneantur, vt in dicta concessione expresè cautum fuit, *secundo Summario Additionali num. primo litt. LL.* ibi =

e che

e che non paghino Decime di quelle possessioni, che saranno nominate, e specificate al tempo, che si porranno in clausura le dette Monache, quali possessioni hanno da essere della quantità, e valore di venticinque mille merauidis di questa moneta vsuale, che ora corre, ed hanno da essere apprezzate, e nominate col consenso nostro, e di quello, ò quelli alli quali noi daremo l'incombenza in quanto de Iure potemo di esimere, e liberare delle dette Decime Ecclesiastiche le dette possessioni, e questo per far bene, ed elemosina al Monastero sudetto = ex qua concessione facta per Archiepiscopum, & Capitulum apertè liquet, quod Moniales debent esse exemptæ à solutione Decimarum quoad fructus tot Bonorum, quorum valor ascendit ad vigintiquinque mille merapetina, quæ currebant de tempore concessionis, & solùm tenentur soluere Decimas ex fructibus Bonorum, quæ proprijs colunt expensis excedentium summam vigintiquinque mille merapetinorum, qaod fit manifestiùs ex alio publico Instrumento rogato Era 1412., qui annus correspondet anno à Natiuitate 1374., & sic decem annis post factam dictam concessionem, tunc enim in executionem dictæ primæ concessionis Archiepiscopus, & Capitulum delegarunt duos Canonicos, vt procederent ad æstimationem Bonorum pro dote dicti Monasterij assignatorum, & in delegatione facta per Capitulum post factam mentionem exemptionis à solutione Decimarum ex fructibus Bonorum, quæ ascenderent ad dictam summam vigintiquinque millium merapetinorum, ita legitur *dicto secundo Summario Additionali num. 2. litt. C.*, ibi = *proinde vobis vigore huius nostræ Epistolæ mandamus, & concedimus nostrum posse legitimum, vt videatis, & sciatis ad quam summam ascendunt hæreditates, & Bona, quæ dictæ Moniales habent, & tenent tam titulo emptionis, quàm donationis, & ea æstimare faciatis an valeant dictis viginti quinque mille merapetinis, & si pluris valerent mandetis*, VT SOLVANT, ET SOLVERE TENEANTVR DICTÆ MONIALES DECIMAS EX FRVCTIBVS BONORVM, QVÆ POSSIDENT VLTRA DICTAM QVANTITATEM, *& si minori pretio valerent volumus, & mandamus, vt obseruetur gratia, & merces, quas dictus Dominus Archiepiscopus, & nos fecimus vsque ad dictam quantitatem* = eamdem facultatem dictis Canonicis concessit Archiepiscopus Toletanus, de qua *in dicto secundo Summario Additionali num.2. litt. E, & F.*, & delegati processerunt ad exequutionem dictæ delegationis, & compererunt, quod tunc non possidebant alia Bona, quam illa assignata ab Agnete Garzia Fundatrice, scilicet *totam hæreditatem, quæ ad illam peruenit in Perobequez, & suis terminis æstimatum duodecim mille merapetinis monetæ vsualis ad rationem decem denariorum prò quolibet merapetino = dicto num. 2. litt. L.*, præterea tunc possidebat Monasterium vineam in Territorio Toletano in vocabulo *de Almeradiel* paritèr à Fundatrice assignatam, quam dicta Fundatrix emerat pro summa 5500. *merapetinorum, dicto Summario num. 2. litt. M. & N.*, & alteram vineam in eodem Territorio

rio

rio Toletano in loco nuncupato *Pinel*, quam dicta Fundatrix emerat pro summa merapetinorum *bis mille*, *dicto num. 2. litt. N.*, itaùt omnia dicta Bona ascendebant ad valorem decem, & nouem mille merapetinorum, & proindè dicti Delegati declararunt dicta Bona exempta à solutione Decimarum, ex quo non adhuc possidebant Bona ascendentia ad valorem *viginti quinque mille merapetinorum*; Cùm itaque Moniales de præsenti non colant, neque vnquam coluerunt proprijs expensis Bona, quæ dictum valorem *viginti quinque mille merapetinorum* excedant, vtique omnia Bona, quæ proprijs expensis colunt, seù colere consueuerunt, debent esse exempta à solutione Decimarum.

Quod autem Bona, quæ proprijs expensis colere consueuerunt ad dictam summam non ascendant, videtur clarum, nam dicta Era 1412, siue Anno Christi 1374. totum Tenimentum, quod possidebant in Perobequez, & suis terminis fuit æstimatum *duodecim mille merapetinis*, *dicto secundo Summario Additionali num. 2. litt. M.*, dictum autem Tenimentum constituitur ex mille sexcentum trigintasex fanegis Terræ, comprehensis Oliuetis, & Vineis, quæ Moniales possident in dicto Tenimento, vt ex Instrumento exaduerso compulsato, *dicto secundo Summario Additionali num. primo litt. D. D. D.*; Quod Tenimentum si integrè coleretur à Monasterio, totum esset exemptum à solutione Decimarum; Moniales autem in dicta Tenuta non colunt proprijs expensis nisi biscentum fanegas, Olueta, & Vineas, *Summario principali num. 3. litt. L.*, *& num. 6. litt. E.*, neque colunt nisi Tenutam *de Vrtada*, quæ constituitur ex quinquaginta fanegis Terræ, *dicto secundo Summario Additionali num. primo litt. C. C. C.*, & colere proprijs expensis vnam Tenutam in loco *de Oleas* fanegarum quinquaginta, & Olueta, & Vineas, quæ possident in Valle Sancti Dominici in Territorio *de Oleas*, *Magan & Xerindote*, vt supra fuit probatum, quæ omnia Bona vix constituunt valorem solius Tenutæ *de Perobequez*, adeout omnia Bona, quæ per Monasterium coli consueuerunt ascendere non possunt ad dictam summam *Merapetinorum viginti quinque mille*, iuxta valorem, quem Merapetini habebant de tempore factæ concessionis.

Neque prætendi potest, quod Tenimentum *de Perobequez* fuerit auctum, tùm quia nos habemus Testes examinatos vsque de Anno 1448., qui de visu deposuerunt per annos sexaginta ante, & sic attingunt ferè tempus fundationis dicti Monasterij, qui deposuerunt quod Moniales in dicto Territorio vltra Olueta, & Vineas magnæ quantitatis possidebant mille, & ducentum fanegas Terræ cultiuæ, *dicto secundo Summario Additionali num. 3.*, præsertim quia Agens Generalis coram Iudice compulsoriali assumpsit onus probandi acquisitionem Tenimentorum, quæ Moniales possidebant in Perobequez, vt ex *secundo Summario Additionali num. primo litt. E.*, & ad hunc effectum sub pœna excommunicationis ipso facto obtinuit mandatum contra Moniales vt exiberent omnia Instrumenta,

quæ

quæ habebant, & quæ concernebant acquisitionem dictæ Tenutæ de Probequez *dicto num. 7. litt. I. & K.*, & exibitis per Moniales omnibus scripturis, quæ in ipsarũ Archiuio concernebant, quas consignarunt dicto Agenti Generali *dicto num. primo lit. S. & litt. AAA*, cumque itaque Pars aduersa viderit, & inspexerit omnia Instrumenta, omnes Scripturas, quæ concernebant Tenutam *de Perobequez*, & non potuit reperire alia Instrumenta, nisi licentiam concessam pro constructione nostri Monasterij cum limitata exemptione, quam compulsauit, & præcitatum Instrumentum, quo dictum Tenimentum fuit æstimatum *duodecim mille merapetinis* pro dote dicti Monasterij assignatum, quod non compulsauit, sed illud in forma authentica transmiserunt Principales, & de præsenti etiam citata Parte compulsatur, vtique dictum Tenimentum *de Perobequez* semper fuit idem, & in eadem quantitate, nec quidquam in d. Territorio *de Perobequez* Moniales acquisiuerunt.

Neque prætendi potest dictam concessionem exemptionis fuisse nullam, & inualidam, ex quo non possint Episcopi concedere exemptionem à solutione Decimarum, sine beneplacito Sedis Apostolicæ, attenta præsertim dispositione *Extrauagantis Ambitiosæ de Rebus Eccles. non alienan.*

Etenim respondemus, quod iuxta claram dispositionem *Textus in cap. Quia circ de priuilegijs* potest Episcopus Regulares à solutione Decimarum eximere, eamque exemptionem successores Episcopi seruare tenentur, vt liquet ex lectura *dicti Textus*, ibi = *Quia circa &c. vtrum Monaci omnium Sanctorum priuilegium Prædecessoris tui super Episcopalibus decimis retinendis indutum extendere valeant ad Possessionem acquisitas, & imposterum acquirendas super quo tale damus responsum, quod si dictarum Decimarum remissio facta extitit secundum Canonicas Sanctiones &c.* = itaut Summus Pontifex Innocentius III. validam declarauit exemptionem à solutione Decimarum concessam alicui Monasterio ab Episcopo, quoties illa exemptio facta fuerit iuxta Canonicas Sanctiones, vbi *Gloss. in verb. Canonicas sanctiones* explicat quoties exemptio concessa fuerit *de consensu Capituli*, ibique omnes Canonistæ, quos refert *Barbos. super dicto Textu num. 3. vers. sed huic difficultati*, ibi = *Sed huic difficultati Doctores omnes post glossam hic quod intelligatur Textus in præsenti quando in remissione decimarum facta ab Episcopo interuenit Capituli authoritas.*

Quin obstet quod Canonistæ in dicto Textu ad hoc vt substineatur exemptio concessa per Episcopum vltrà consensum sui Capituli desiderant quoque causam vtilitatis, necessitatis, vel pietatis, vt ibi per *Hostien. in Ioan. Andr.*, & aduertit *Zabarell. in comment. d. cap. quo circa in fine de priuilegijs* ibi = *Quæro quando dicetur concessio facta secundum Canonicas sanctiones glossa secunda dicit quando fit de consensu Capituli dic, & ex causa necessitatis, vtilitatis, & pietatis, secundum Innocentium, & Hostiensem.* In dicta autem concessione non solùm intercessit consensus, & authoritas Reuerendissimi Capituli Toletani, sed etiam adfuit *Causa Pietatis*, dum d.

exem-

exemptionem limitatam, concesserunt Archiepiscopus, & Capitulum cum Causa expressa, de qua in *d. 2. Summario additionali num. 2. litt. BB., & litt. DD.* ibi = *Sappiate che il Re N. S., & il Priore Prouinciale de' Frati Predicatori, e molti altri Vomini onorati della Corte, e Dominio del Re N. S. ci hanno pregato assai caldamente, che assieme col Decano, e Capitolo della nostra Santa Chiesa dassimo licenza &c. acciò potesse di nuouo edificare, e fondare vn Monastero di Donne serrate &c., & litt. DD. subiungit* = *E Noi considerando la buona deuozione, & intenzione, e buon proposito del detto Signor Re, che hà perche si faccia detto Monastero nel detto luogo, e degl'altri, che ci pregorono, e credendo, che da questo si FARÀ IL SERVIZIO DI DIO, E CHE È OPERA DI MISERICORDIA l' auemo auuto per bene*, itaût in dictis Decisionis exemptio limitata non solùm concessa fuit ab Archiepiscopo Toletano de consensu sui Capituli expresso, sed etiam facta fuit pro augumento Diuini Cultus, sed etiam expressa Causa Misericordiæ, & Pietatis; quo casu exemptio concessa ab Episcopo cum consensu sui Capituli, & expressa causa Pietatis, & Misericordiæ, vtique valida dici debet, & obseruanda per Successores Archiepiscopos, absque eo quod possit vllo sub prætextu de Nullitate, aùt defectu solemnitatis, aùt Causæ redargui, vt probant Canonistæ superius adduci præsertim Zabarella.

Præterea Reuerendissimi PP. non ad Instantiam Serenissimi Regis Catholici fuit concessa licentia ædificandi Monasterium Nostrarum Monialium, & ex Causa Pietatis concessa de consensu Capituli exemptio limitata à decimarum solutione, sed etiam tunc adfuit Causa vtilitatis, quia dicta exemptio fuit cum pacto expresso, quod Moniales non possent exemptionem à Sede Apostolica impetrare, immò etiam si illam à Sede Apostolica motu proprio concessa fuit, quod non possent illa vti *dicto Summario Additionali num. primo litt.* KK., & proindè cum dicta exemptio limitata concessa fuerit cum dicto pacto, illa resultat in euidentem vtilitatem dicti Reuerendissimi Archiepiscopi, & Capituli, cum facile fuisset mediante Regis interpositione absolutam, & indefinitam impetrare exemptionem à Sede Apostolica, & proindè dicta concessio limitata tendebat in euidentem vtilitatem Archiepiscopi, & Capituli, dùm concessa fuit limitatè cum dicto pacto non impetrandi exemptionem à Sede Apostolica, & concessa motu proprio non vti, adeoût dicta exemptio concessa fuit de consensu Capituli non solùm ex Causa Pietatis, sed etiam ex Causa vtilitatis d. Archiepiscopi, & Capituli.

Non obstante quod dicta exemptio concernat alienationem Rei Ecclesiæ illa substineri non possit sine beneplacito Apostolico, iuxta dispositionem *extrauagantis ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis*.

Quandoquidem ex dispositione dicti extrauagantis compræhendere nequit præcitatam concessionem exemptionis factam nostro Monasterio, quia facta fuit longè antè publicationem dictæ extrauagantis, & nam concessio facta fuit nostro Monasterio per Archiepiscopum, & Capi-

Capitulum era 1402. *secundo Summario Additionali num.1. litt. V.* & sic anno à natiuitate 1368., dicta autem extrauagans ambitiosæ prohibens Ecclesiasticis quamcumque speciem alienationis publicata fuit centum annis post dictam concessionem, dum publicata fuit anno 1468., vt ex fine d. extrauagantis ibi = *Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Dominicæ Incarnationis* 1468. *Kalendas Martij Pontificatus Nostri anno quarto*, & in omnem casum cum Moniales semper post dictam concessionem vltrà annos triginta quadraginta imò à tempore immemorabili reperiantur in quasi possessione non soluendi Decimas ex fructibus bonorum, quæ proprijs expensis coluerunt, ista obseruantia inducit validissimam præsumptionem specificæ confirmationis Apostolicæ itaût amplius defectus beneplaciti Apostolici allegari non valet.

Denique quatenùs etiam præmissis omnibus non obstantibus considerari possit in dicta concessione aliquis defectus, nihilominùs saltèm Titulus præbuit Monialibus legitimam Causam præscribendi decimas ex tenutis, quæ proprijs expensis colunt dummodò illa tenimenta, quæ gaudent exemptione non excedant valorem vigintiquinque mille merapetinorum monetæ illarum Partium, cum certum sit in Iure, quod exemptio à solutione decimarum præscribi possit contra habentem Iuris assistentiam mediante, vel consuetudine Immemorabili, vel quadragenaria cum titulo colorato, immò etiam potest Episcopus ex dictis titulis præscribere ius decimandi ad *Textum punctualem in d. cap.* 1. *de præscriptionibus in* 6. in quo specificè cauetur, vt vnus Episcopus præscribere possit decimas prædiorum existentium in Diæcesi alterius Episcopi, vel mediante consuetudine immemorabili, vel mediante quadragenaria cum titulus, & firmauit prima huius Causæ decisio coram bon.me. Foscaro §. *finali*.

De quadragenaria quasi possessione Monialium non potest vllo pacto dubitari cum de illa plures Tester deposuerunt, quorum depositiones superiùs transcripsimus; De titulo autem colorato, & qui causam legitimam dare potuit ad præscribendam est præcitatus titulus exaduerso productus, qui cum non sit apertè, & sine vlla controuersia nullus, & infectus, vtique sufficiens est ad præbendam Causam iustam præscribendi, vt probat *Gloss. in dicto capit. primo de præscript. in* 6. *Causam* ibi = *Causam verbo NON enim requiritur, quod sit iustus titulus, vel talis, qui dominium tribuat &c. SED ALIQVALIS TITVLVS DAT CAVSAM PRÆSCRIBENDI*, & magis clarè *alia Gloss. in cap. si diligenti de præscript. verb. iustus titulus circa medium* ibi = *Ad hoc potest dici, quod titulus pro tanto dicitur iustus quia dat causam præscribendi licet in veritate non sit iustus, quia tunc nulla est præscriptio necessaria vndè minùs iustus titulus dat Causam præscribendi si adsit bona fides, vt illa credet talem titulum sufficere, & credere concedentem esse Dominum* =, & probant *Monet. de Decimis cap.* 5. *num.* 112. plenè *Rota coram Gregor. dec.*289. *à. num.*3. *ad finem Rota coram Coccin. dec.*295. *num.*3. *& seq. & dec.*448. *num.*12. *Rota in recent. dec.*91.

*num.*3.

num.3. & dec.324. num.8. par.prima & decis.662. num.6. part.2., cum itaque in præsenti titulus datus fuerit, ab Archiepiscopo, & Capitulo Decimarum Dominis in limine fundationis Monasterij vtique Moniales credere potuerint, quod Archiepiscopus, & Capitulum facultatem haberent concedendi dictam exemptionem, quod sufficit ad hoc vt titulus dicatur sufficiens ad præbendam causam præscribendi, vt plenè notet *Adden. ad Gregor. dec.289. §. finali* ibi = *Item licet titulus non suffragetur ad præscriptionem quando prouenit à non habente potestatem tamen sufficit titulus habitus ab eo, qui probabilitèr credebatur, quod haberet facultatem*. Moniales optimè credere potuerunt, quod Archiepiscopus Toletanus primas Hispaniarum cum doctissimo suo Capitulo ipsis exemptionem à solutione decimarum in limine fundationis Monasterij concedere potuerint, prout dictum priuilegium validum fuisse crediderunt Archiepiscopus, & Capitulum, qui in tanto temporis decursu Decimas à Monasterio non exegerunt ex bonis, quæ proprijs sumptibus colerant ex quo agnouerunt, quod Terræ vineæ, & olíueta, quæ semper colore consuerunt non excedebant valorem, prò quo exemptio concessa fuerat, idcircò post quatuor sæcula valdè absonum & à ratione alienum videtur, vt non obstante tot sæculorum obseruantia velint Archiepiscopus, ac Capitulum dictitituli validitatem impugnare, quod autem tenimenta, & oliuata possessa per Monasterium, & quæ consueuerunt Moniales proprijs sumptibus, & expensis colere, de quibus superiùs disseruimus non excedant valorem vigintiquinque mille merapetinorum videtur patentissimum ex sola reflexione, quod Tenimenta de perobequez fanegarum 1600. fuit æstimatum 12. mil. merapetinis, itaùt ad hoc vt Moniales intrà summam pro qua concessa fuit exemptio illa gaudere possent oporteret, vt proprijs expensis colerent tres mille, & vltra fanegas Terræ adeout nunc remanet Iustitia Monialium ex tot fundamentis irrefragabilis,

Quare &c.

V. Angelus Caualletti.

R. P. D.

FALCONERIO

Toletana Decimarum super septem tenimentis.

PRO

Ven., & Regio Monasterio Monialium Clausarum Ord. S. Dominici Ciuitatis Toleti.

CONTRA

Illmum, & Rmum Archiepiscopum, & Capitulum Toletanum, & alios Decimarum Comparticipes.

Facti super septem tenimentis.

Typis Zinghi, & Monaldi 1721.